

Th. 3.

Vox THESAURI natales suos debet græcæ linguæ, & deducitur à verbo τίθημι, i. e. pono, vel secundum Jul. Cæs. Scaliger. *Exerc. 78.* ab antiquo græco ἀγχιον crastinum & τίθημι pono, Wesenb. in *Comment. ad §. 39. J. d. R. D.*

Th. 4.

Varias in Jure nostro appellationes sortitur THESAURUS: Mox enim dicitur *depositio pecunie*, L. 31. §. 1. de A. R. D. Mox *depositum*, L. 39. §. 1. de Auro, & Arg. mundo &c. *legat.* Mox *Dei beneficium*, L. un. C. de thes. X. 15. Mox *fortune donum* salutatur, L. 63. §. 1. 4. de A. R. D. quod fortuna dedit, TRYPHONINUS Ictus THESAURUM ita vocat, Stoicos imitatus, quibus fortuna idem est, quod DEUS, teste Seneca, *Lib. IV. c. 8. de benef.*

Th. 5.

Huic voci originem suam debent sequentia, ut THESAURARIUS adjective sumptum, quod Plaut. ita usurpat: *qui & Herculem thesaurarium festive vocat.* Vocabulum THESAURARIUS substantive acceptum veteribus erat

A 2

igno.